

# FRANCHINO GAFFURIO

(1451-1522)

Missa de Carneval  
Stabat Mater  
Mottetti

---

IL CONVITTO ARMONICO  
BASCHENIS ENSEMBLE  
STEFANO BUSCHINI, direttore

---

Testi /Texts

## 1. KYRIE – CHRISTE – KYRIE

*Soli/Solo: Caterina Bernardini, Alessandra Nardelli, Stefano Baldi, Federico Canese*

Kyrie eleison

Christe eleison

Kyrie eleison

## 2. GLORIA

Gloria in excelsis Deo

Et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Laudamus te. Benedicimus te.

Adoramus te. Glorificamus te.

Gratias agimus tibi

propter magnam gloriam tuam.

Domine Deus, Rex caelstis,

Deus Pater omnipotens.

Domine Fili unigenite Jesu Christe.

Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris.

Qui sedes ad dexteram Patris miserere nobis.

Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus,

Tu solus Altissimus Jesu Christe.

Cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.

## 3. CREDO

Credo in unum Deum

Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae,

visibilium omnium, et invisibilium

et in unum Dominum Iesum Christum

Filium Dei unigenitum.

Et ex Patre natum ante omnia saecula

Deum de Deo, lumen de lumine,

Deum Verum de Deo vero.

Genitum non factum, consubstantiale Patri:

per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines et propter nostram salutem  
descendit de caelis.

Et incarnatus est de Spiritu Sancto

ex Maria Virgine: et homo factus est.

Crucifixus etiam pro nobis

sub Pontio Pilato, passus et sepultus est.

Et resurrexit tertia die secundum scripturas.

Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram Patris.

Et iterum venturus est cum gloria

iudicare vivos et mortuos: cuius regni non erit finis.

Et in spiritum sanctum, Dominum, et vivificantem:

qui locutus est per Prophetas.

Et unam sanctam catholicam

et apostolicam Ecclesiam.

Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.

Et expecto resurrectionem mortuorum.

Et vitam venturi saeculi. Amen.

## 4. SANCTUS

*Soli/Solo: Lorella Coppa, Silvia Rio, Stefano Baldi, Federico Canese*

Sanctus, Sanctus, Sanctus

Dominus Deus sabaoth

pleni sunt coeli et terra gloria tua

Hosanna in excelsis

Benedictus qui venit in nomine Domini

Hosanna in excelsis.

## 5. AGNUS DEI

*Soli/Solo: Alessandra Nardelli, Mario Mori, Federico Canese*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

## 6. STABAT MATER

*Soli/solo: Donatella Gnani, Alessandra Nardelli, Stefano Baldi, Federico Canese*

Stabat mater dolorosa juxta crucem lacrimosa  
dum pendebat filius.

Dulce lignum, lignum vitae venerari convenite  
salvi ligni pretio.

O quam tristis et afflita fuit illa benedicta  
Mater unigeniti.

O quam tristis et afflita fuit illa benedicta  
Mater unigeniti.

Hoc de ligno liquor fluxit,  
virus mortis qui destruxit nos solvens exitio.  
Quis est homo qui non fleret

Christi Matrem si videret in tanto supplilio?

Ligno crucis fabricatur archa Noe qua salvatur  
mundus a miseria.

## 7. ADORAMUS TE CHRISTE

Adoramus te Christe et benedicimus tibi  
quia per sanctam crucem tuam  
redemisti mundum.

Crux est virga quae percussit silicem bis  
et excussit rivum vivum saeculo.

Quod in nobis est amarum  
Christe dulce fac et sanum  
tuae crucis gratia. Amen.

#### 8. IMPERATRIX REGINARUM

*Soli/solo:* Donatella Gnani, Alessandra Nardelli, Stefano Baldi, Federico Canese

Imperatrix reginarum et salvatrix animarum  
pretiosa margarita rosa gelu non attrita  
mater Dei virgo pia, nos tuere hac in via  
o dulcis virgo Maria.

#### 9. IMPETRATRIX GLORIOSA

*Soli/solo:* Donatella Gnani, Silvia Rio, Mario Mori, Federico Canese

Imperatrix gloriosa, potens et imperiosa  
Jesu Christi generosa mater atque filia  
Radix Jesse speciosa, virga florens et frondosa  
quam rigavit copiosa deitatis gratia.  
Auster lenis te perflavit  
et per flando secundavit  
aqlionem qui fugavit sua cum potentia.

#### 10. FLOREM ERGO GENUISTI

Florem ergo genuisti ex quo fructum protulisti  
Gabrieli cui fuisti paronympho credula  
Joseph iustus vir expavit  
ista dum consideravit  
sciens quod non irrigavit  
florescentem virgulam  
paene tamen conservavit archanum  
nec divulgavit sponsam sed magnificavit  
honorans ut dominam  
Caeli quondam roraverunt  
ex quo nubes excreverunt  
et concrete stillaverunt virginis in uterum.

#### 11. RES MIRANDA

Res miranda, res novella  
nam procedit sol de stella  
regem dum parit puella  
viri thori nescia.  
Sancta Maria ora pro nobis  
Virgo clemens et benigna  
cunctorumque laude digna  
tuo nato nos consigna  
Sancta Dei genitrix ora pro nobis  
ut carnali qua gravamur  
compede sic absolvamur  
ut soluti trasferamur ad caeli palatia.  
Amen.

#### 12. SALVE REGINA

*Gregoriano/Plainchant:* Soprani e Alti/Sopranos and Altos  
Alessia Bruschi, Donatella Gnani, Alessandra Nardelli, Silvia  
Rio, Stefano Baldi, Mario Mori, Federico Canese, Marco  
Montanelli

Salve Regina mater misericordiae  
vita dulcedo et spes nostra salve.  
Ad te clamamus, exules fili Evae  
Ad te suspiramus gementes et flentes  
in hac lacrimarum valle.  
Eia ergo, advocata nostra, illos tuos  
misericordes oculos ad nos converte  
Et Jesum benedictum fructum ventris tui  
nobis post hoc exilium ostende.  
O clemens, o pia, o dulcis virgo Maria.

#### 13. LAMENTATIO JEREMIAE PROPHETAE

*Cantus:* Stefano Baldi; *Altus:* Mario Mori; *Tenor:* Stefano Buschini; *Bassus:* Federico Canese

Incipit lamentatio Jeremiae prophetae.  
Aleph.  
Quomodo sola sedet civitas plena populo.  
Facta est quasi vidua.  
Domina gentium, princeps provinciarum  
facta est sub tributo.  
Beth.  
Plorans ploravit in nocte et lacrimae eius  
in maxillis eius.  
Non est qui consoletur eam  
ex omnibus caris eius.  
Omnes amici eius spreverunt eam  
et facti sunt ei inimici.  
Gimel.  
Migravit Judas propter afflictionem  
et multitudinem servitutis.  
Habitavit inter gentes nec invenit requiem.  
Omnes persecutores eius apprehenderunt eam  
inter angustias.  
Deleth.  
Viae Sion lugent,  
eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem.  
Omnes portae eius destructae.  
Sacerdotes eius gementes.  
Virgines eius squalidae  
et ipsa oppressa amaritudine.  
Jerusalem convertere ad Dominum Deum tuum.

## 14. MAGNIFICAT

*Gregoriano/Plainchant: Alessandra Nardelli, Stefano Baldi,  
Mario Mori, Federico Canese*

Magnificat anima mea Dominum,  
et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo  
quia respexit humilitatem ancillae suae,  
ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes  
quia fecit mihi magna, qui potens est:  
et Sanctum nomen eius  
et misericordia eius a progenie in progenies  
timentibus eum.  
Fecit potentiam in brachio suo,  
dispersit superbos mente cordis sui,  
depositus potentes de sede,  
et exaltavit humiles;  
esurientes implevit bonis,  
et divites dimisit inanes.  
Suscepit Israel, puerum suum,  
recordatus misericordiae suae,  
sicut locutus est ad patres nostros,  
Abraham et semini eius in saecula.  
Gloria Patri et Filio  
et Spiritui Sancto  
sicut erat in principio et nunc et semper  
et in saecula saeculorum. Amen.

## 15. O SACRUM CONVIVIUM

*Baschenis Ensemble*

O sacrum convivium  
in quo Christus sumitur  
recolitur memoria passionis eius  
mens impletur gratia  
et futurae gloriae nobis pignus datur.

## 16. QUANDO VENIT ERGO

*Baschenis Ensemble*

*Soli/solo: Donatella Gnani, Alessandra Nardelli, Stefano Baldi,  
Federico Canese*

Quando venit ergo sacri plenitudo temporis  
missus est ab arce Patris natus orbis conditor,  
atque ventre virginali caro factus prodiit.

## 17. AVE CORPUS JESU CHRISTI

Ave corpus Jesu Christi qui de coelo descendisti  
Ave verbum incarnatum in altari consecratum  
Christi sanguis, ave, coeli sanctissime potus.  
Jesu, nostra redempcio, amor et desiderium,  
Deus creator omnium, homo in fine temporum.